



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

33. Inscrutabili Æternæ, &c. Constitutio super exemptione
Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum Inferiorum Regni Neapolis
á spoliis, & fructibus inconsumptis, & incommixtis suarum Ecclesiarum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*Exordium
Epilogus
Brevium
preceden-
tium.

S. I. **A**liis Nos nonnullos ex Venerabilium Fratrum Nostorum S. R. E. Cardinalium Collegio Adjuutores in munere Pastoralis Visitationis Nostrae Ecclesiarum, & Locorum, ac operum piorum hujus Almae Urbis assumptimus, ac illis inter alia facultatem faciendi in praemissis processibus necessarios, aliaque omnia, & singula, quae hujusmodi Visitationis negotium, ulteriorem progressum, executionem, & in ea facta, & facienda mandata, decreta, statuta, & ordinationes concernunt, & concernent, seu ad ea quomodolibet spectant, & spectabunt, faciendi, gerendi, exequendi, mandandi, & ordinandi, necnon omnes, & singulas Causas occasione dictae Visitationis coram quibuscumque Judicibus tam Ordinariis, quam Delegatis pendentes, & etiam instructas ad se autoritate nostra avocandi, illasque summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, & manu Regia audiendi, cognoscendi, & sine debito, prout juris foret, terminandi concessimus; Ac Venerabilem Fratrem Sperellum Episcopum Interamensem in Iudicem Causarum, & Executorem Decretorum Visitationis hujusmodi cum diversis facultatibus deputavimus, ea lege, ut inconsultis Nobis, aut Cardinalibus praefatis, & nisi de eorum voto in aliquo non procederet, nec sententiam ferret, aut quicquam exequeretur, nec se in aliquo immisceret, & alias, prout in diversis Nostri in simili Brevis desuper expeditis Litteris, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Addit facultatem
tam illi im-
plici indi-
cationi, &
simplici-
bus copiis
scriptura-
rum.

S. 2. Nunc autem celeriori Causarum praefatarum expeditioni, & partium dispendiis, quantum cum Domino possumus, opportune providere cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia nostra, ut tam, Congregatio dictorum Cardinalium per Nos assumptorum, quam idem Sperellus Episcopus Iudex, & Executor, ut praefertur, deputatus in omnibus litibus, & causis, quae coram ipsis respective in vim facultatum eis respective per Litteras praefatas attributarum forsan motae sunt, & in futurum movebuntur inter quascunque personas tam Ecclesiasticas, quam Laicas, seu Ecclesiarum, piorumque Locorum, & operum hujusmodi Oeconomos, Ministros, & Officiales, Executores, seu Procuratores quocunque nomine censeantur pro & contra, simplici, & nudae Scripturatum, ac Jurium in Tribunalibus, seu Archivis, aut Notariorum Officiis ejusdem Urbis existentium indicationi, eorumque notis, ac privatis copiis stare, & illis ad probationem eandem fidem in Iudicio adhibere possint, quam adhiberent, si illa in forma publica, & authentica forent transumptata, aut alias originaliter exhibita, autoritate Apostolica, tenore praesentium, concedimus, statuimus, & ordinamus.

Prohibitionem
Iudicis, &
Executorem
Visitationis
non proceden-
di inconsultis
moderatur us-
que ad definitivam
exclusivam.Dat. 11.
Febr. 1693.
P. A. 2.

S. 3. Necnon eidem Sperello Episcopi, Iudici, & Executori, ut etiam inconsultis Nobis, seu Cardinalibus praefatis, & absque eorum voto in causis in praedictis, usque ad sententiam definitivam, aut decretum vim definitivae habens exclusivae, servata in caeteris forma, & dispositione dictarum Litterarum super ejus deputatione hujusmodi emanatarum, procedere libere, & licite valeat, facultatem tribuimus, & impartimur. Non obstantibus quoad ea, quae praefertur quomodolibet adversantur, praefatis Nostri Litteris, ac omnibus, & singulis illis, quae in eis volumus non obstat, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Februarii 1693. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

J. F. Cardinalis Albanus.

Constitutio super exemptione Archiepiscoporum, Episcoporum, & Praelatorum Inferiorum Regni Neapolis à Spoliis, & fructibus inconsumptis, & incommixtis suarum Ecclesiarum ad Cameram Apostolicam hactenus spectantibus, & deinceps in beneficium Ecclesiarum applicandis, & erogandis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam.

Inscrutabili Aeternae Sapientiae arcano universi Orbis Ecclesiis, meritis licet imparibus, praesidentes, vigilis more Pastoris, in omnes agri Domini partes mentis nostrae oculos circumferimus, ut quidquid earumdem Ecclesiarum, illarumque Antistitum statui, decori, commodis, tranquillitati, & necessitati convenire censemus, ad majorem Dei gloriam, sollicitis, & beneficiis studiis promoveamus, prout rerum, locorum, & temporum circumstantiis attentè pensatis, in Domino conspiciamus salubriter expedire.

S. 1. Hinc dum ad Regni Neapolis Metropolitanas, & alias Cathedralis Ecclesias, ut plurimum inopes, & exiguas, utpote inter se valde propinquas, & ad magnum numerum centum triginta quinque, comprehensivis invicem unitis, ascendentes, quot in pluribus, ac etiam majoribus Regnis, & Dominis non exsunt, convertimus nostrae considerationis intuitum, non sine gravi animi mœrore perpendimus, plerasque earum Archiepiscopales, & Episcopales, nec non aliquorum Praesulum Inferiorum, seu Dignitatum quasi Episcopalem jurisdictionem, seu Ordinariorum jura habentium Menfas, ob diocesim angustias, incolarum, & agricolarum deficientiam, terræmorum frequentiam, aliaque temporum injurias, dignitatis splendori necessarias, seu congruis carere redditibus, istoque respectu aliquarum Mensarum hujusmodi vix ad annuam summam scutorum ducentorum, vel aliam paulò majorem ascendere; Et propterea praefatas Metropolitanas, & alias Cathedralis, caeterasque dictorum Praelatorum Inferiorum Ecclesias illà, quam Dei Domus expofceret, majestate, & eleganti structura, nec non decenti suppellectile sacra, necessariisque reparationibus indigere, Ministrorum quoque Ecclesiasticorum sufficientiam, & idoneitatem ob hujusmodi vel inopiam, vel non opulentiam desiderari, piaque opera inibi in dies decrescere, & alicubi defecisse. Unde etiam aures benignius, & attentius porreximus querimoniis nuper ad Nos pro parte Ven. fratrum Nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum ejusdem Regni delatis de Spoliorum Subcollectoribus, quibus tametsi per opportunas Sedes Apostolicas, ejusque Officialium provisiones satis mandatum fuisse noscatur, ut viventibus Praesulibus hujusmodi à bonorum ex redditibus suarum Ecclesiarum, & multò magis aliunde per eos acquisitionum sequestratione, possessione, & occupatione prorsus abstinerent; nihilominus aliqui ex iisdem Subcollectoribus, suis facultatibus abutentes, nec poenas, quibus in transgressores, ut par est, justitia mediante, animadverti non fuit praetermissum, reformidantes, quinimò ubi magis commiseranda fuisset inopia, vel angustia, molestias, & rigorem lucra gratiā multiplicantes, sub sequestrationis, assecurationis, vel alio praetextu hujusmodi, Archiepiscopos, Episcopos, & Praelatos Inferiores aegritudine pressos, & in extremis etiam laborantes commodo, usu, & possessione bonorum praefatorum, vel aliquorum ex illis privare, seu alter ipsos, ipsique inferientes perturbare praesumpserunt.

S. 2. Cupientes propterea ejusmodi malis opportunitum adhibere remedium, ac decori, commodis, &

XXXIII.

Exordium

Confide-
ratur te-
nitas re-
dituum E-
piscopatu-
um in
Regno
Neapolis.Indigentia
Ecclesia-
rum.Molestia
Subcolle-
ctorum
pro affectu
randis lu-
cribus
Cameræ
Episco-
pi In-
firmo vi-
vente.Eximità
Spolio

indi-

1693.
aliis debi-
to Cam.
Apolt.

indigentis respectu Ecclesiarum, & Antistitum hujusmodi, istorumque in extremis, & sic de summa rerum agendum, tremendumque Dei iudicium mox futurorum, quantum fieri potest, quieti, & tranquillitati in hac parte consulere; Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, ab omni, quocunque jure, quod ad Cameram Nostram Apostolicam ex antiquissima consuetudine, & Constitutionibus Apostolicis hactenus spectasse dignoscitur, percipiendi, exigendi, habendi, & assequendi omnes, singulas, & quascunque pecunias, res, effectus, jura, se moventia, & bona etiam stabilia, cujuscunque pretii, valoris, speciei, qualitatis, & quantitatis existant, per memoratos Archiepiscopos, Episcopos, & Praelatos Inferiores dicti Regni, etiam ex Ordinibus Regularibus assumptos, ex redditibus, fructibus, & proventibus suarum Ecclesiarum quomodocunque verè, & proprie acquisita, Spolia nuncupata, nec non fructus naturales à solo separatos, & civiles tempore mortis perceptos, seu exactos ex redditibus praefatarum Ecclesiarum, etiam inconfumptos, & incommixtos, non tamen pendentes, seu inexactos, specialis dono gratiae perpetuis futuris temporibus dictos Archiepiscopos, Episcopos, & Praelatos inferiores Regni praefati omnino eximimus, & liberamus, ac exemptos, & liberatos esse, fore, & censi volumus, & mandamus.

§. 3. Ad effectum tamen, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ut praemissa omnia, & singula ad praefatas Metropolitanas, aliasque Cathedralis, & reliquas, quibus memorati Archiepiscopi, & Episcopi, seu Praelati praesederint, illisque non indigentibus, ad Parochiales Ecclesias eorum regimini commissas spectare, ac ad earumdem favorem, & in beneficium, seu utilitatem cedere, applicari, converti, seu erogari debeant.

§. 4. Praefatis tamen Archiepiscopis, Episcopis, & Praelatis, ut congruus usus, applicationes, & erogationes praemissorum in beneficium, & utilitatem hujusmodi Ecclesiarum in quos, seu quas eadem praemissa applicanda, eroganda, seu expendenda esse censuerint, designare valeant, permitimus, indulgemus, & opportunam facultatem desuper concedimus, & impartimur, ac super praemissis omnibus etiam conscientiam praefatorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Praelatorum oneramus.

§. 5. Quod si Archiepiscopi, Episcopi, & Praelati praedicti ad hujusmodi designationem, seu dispositionem devenire noluerint, vel nequiverint, adhuc praemissa omnia, & singula ad dictas Ecclesias, praefatur, similiter spectare, & ad favorem, seu in beneficium, usum, & utilitatem earumdem Ecclesiarum, prudenti Archiepiscoporum, Episcoporum, & Praelatorum hujusmodi Successorum arbitrio, cum suorum Capitulorum scientia, & consilio convertenda, applicanda, & eroganda esse, & fore, omnino volumus, & mandamus.

§. 6. Ad haec Capitulis, & Canonicis dictarum Ecclesiarum, & aliis quibuscunque inhibemus, ne viventes etiam egrotantes, & in extremis constitutos Archiepiscopos, Episcopos, & Praelatos praemissorum, vel aliquorum ex illis sub sequestrationis, assecurationis, vel alio praetextu privare, seu illos, illisque inservientes quoquomodo perturbare, seu molestare praesumant, sed dumtaxat postquam iidem Archiepiscopi, Episcopi, & Praelati fuerint viam universae carnis ingressi, memoratis Capitulis, eorumque Vicariis Capitularibus respectu praemissorum Inventarium ritè, & fideliter conscribendi, illaque interim assecrandi, Archiepiscopis vero, Episcopis, & Praelatis praefatis Successoribus super praemissis, prout de jure inquirendi, procedendi, judicandi, & exequendi, ac cum scientia, & consilio suorum respectu Capitulorum, ut praefatur, convertendi, applicandi, & erogandi, omnem, & quaecunque facultatem, jurisdictionem, & auctoritatem necessariam, & opportunam respectu concedimus, & impartimur.

§. 7. Propterea Litteras Apostolicas fel. rec. Pauli III. Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quadragésimo secundo, tertio nonas Januarii, & Pii IV. die vigesima sexta Maji millesimo quingentesimo sexagesimo, aliorumque Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, si quae sunt, super praemissis editas, etiam speciali, & individua notà dignas, nec non omnes, & quascunque facultates, jurisdictiones, & auctoritates, tam in genere, quam in specie, dilecto filio moderno, ac pro tempore existentibus in dicto Regno Sedis praefatae Nunciis, & Collectoribus generalibus, illorumque Subcollectoribus concessas in omnibus, & singulis, quae praemissis adversantur, moderamus, reformamus, & ad limites, ac formam praesentium reducimus, & pro moderatis, reformatis, & reductis haberi volumus, & decernimus, illis aliàs in suo robore permanfuris; Sicque, & non aliter facultates, jurisdictiones, & auctoritates hujusmodi in posterum quomodocunque concedendas, observari, attendi, & exequi volumus, & mandamus; Districtius etiam inhibentes omnibus, & singulis nunc, & pro tempore in dicto Regno existentibus Subcollectoribus, seu aliis Officialibus, & Ministris, ne sub indignationis Nostrae, privationis Officiorum, aliisque gravibus arbitrariis poenis audeant quoquo modo, seu in aliqua parte praesentibus contravenire.

§. 8. Per praesentes tamen non intendimus recoll. mem. Romanorum Pontificum pariter Praedecessorum Nostrorum Pii V. super rebus sacris, vasibus, ornamentis, & parametis Ecclesiasticis, ad Ecclesias, quibus defuncti praesederant, spectantibus, tertio Kal. Septembris anno ejusdem Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo septimo: Julii III. die 26. Junii Anno Incarnationis praefatae millesimo quingentesimo cum illius declarationibus: Sixti V. die prima Januarii anni millesimi quingentesimi octuagesimi noni: & Urbani VIII. die 5. Aprilis anni millesimi sexcentissimi vigesima octavi super fructibus Ecclesiarum tempore mortis Archiepiscoporum, seu Episcoporum, vel aliorum pendentibus, vel inexactis, necnon praefatorum Pii IV. die 25. Aprilis anni millesimi quingentesimi sexagesimi primi, & Sixti V. Kal. Februarii anno praedictae Incarnationis millesimo quingentesimo nonagesimo, super dictarum Ecclesiarum fructibus pro tempore, quo illarum Sedes vacaverint, aliasque, si quae sint, super his editas Litteras Apostolicas, harum omnium, & singularum tenores circa praemissa pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, in aliquo immutare, infringere, seu revocare, sed easdem in suo robore, & statu quoad haec salvas, illas, & illibatas adhuc permanere declaramus, volumus, atque sancimus.

§. 9. Decernentes, easdem praesentes Litteras, & in eis contenta quaecunque, etiam ex eo quod omnes, & singuli supradicti, ac alii quicunque in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praemiuntiae, vel dignitatis, seu aliàs specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, iisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tamen si suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquomodo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostrae, vel interesse habentium consensu, alioque quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed easdem praesentes Litteras semper, & perpetuo vali-

1693.

Pauli III.
& Pauli IV.
aliorumque
Litterarum
Apostolicarum,
ac facultates
Nuncii, &
Subcollectorum
in his reformantur.

Praeservantur
Litterae
Apostolice
super Sacris
Suppeditibus.

Praeservantur
Litterae
Apostolice
pro fructibus
pendentibus,
inexactis, &
tempore
Episcopatus
vacantis.

Decreta
roborantia
cum clausula
sublata, &
Decreto
irritanti.

das, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores; S. R. E. Camerarium, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, nec non Camerae praefatae Thesaurarium Generalem, & Praesidentes Clericos, praefatumque in dicto Regno Nuncium, & Collectorem, aliosque quoscunque qualibet auctoritate, praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, Sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariis.

§. 10. Non obstantibus praemissis, & quatenus opus sit de jure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, & praemem. Symmachi, Pauli II. Pauli IV. aliorumque Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, & alienatis recuperandis, ac praefati Pii IV. de gratis qualescunque interesse dictae Camerae concernentibus intra certum inibi expressum tempus exhibendis, & registrandis; ita ut praesentes Literas ibidem exhiberi & registrari nunquam necesse sit, aliisque quibuscunque Apostolicis, & in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum praefatarum, ac Nunciaturae Neapolis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, decretis, usibus, stylis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, ac Litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, cum quibuscunque, etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, aliisque decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine sibi libet etiam consistorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, iisdem praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Fides
transumptum.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quae haberetur praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Sanctio
poenalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum exemptionis, liberationis, voluntatum, mandatorum, permissionis, indulti, concessionum, onerationis, moderationis, reformationis, reductionis, decreti, inhibitionis, declarationis, sanctionis, & derogationis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius senoverit incursum.

D. 28. Jan.
1693. P.
A. 3.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nona-

gesimo tertio, tertio Kal. Februarii Pontificatus Nostri Anno tertio.

J. F. CARD. ALBANUS.

B. Card. Prodatarius.

Visa de Curia J. Sacripantes.

D. CIAMPINUS.

Loco + plumbi.

Registrata in Secret. Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die vero ultima Januarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini INNOCENTII, Divina Providentia Papae XII. Anno Tertio: Supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiae S. Joannis Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, in Aede Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuevis Urbis, per me Marcum Aurelium Pellicciam ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papae Cursorem.

Publicatio

THOMAS ORLADUS Curs. Magister.

Constitutio, quod de cetero Officia, loca Montium Vacabilia Romanae Curiae, cujuscumque qualitatibus sint, per assumptionem ad Cardinalatum illa obrinentium, minime vacent.

XXXIV.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo humilitatem Nostram in sublimi Sedis Apostolicae specula, nullo meritorum Nostrorum suffragio, collocavit Altissimus, nihil profecto (quantum Divina bonitas dedit) praetermittere conati fuimus, quo Romanae hujus Curiae, quam praeceteris ordinatissimam esse decet, decoram undique faciem, ac pulcherrima integritatis laude praefulgentem, sine ruga, & sine macula omnium oculis exhiberemus; praecipue vero quancumque ab ea cupiditatis, quae radix omnium malorum est, suspensionem pro viribus tolleremus, ut ita ii, qui ex adverso sunt, vereantur, nihil habentes malum dicere de Nobis.

Exordium
ab animo
vindican-
di Roma-
nam Cur-
iam etiam
ab umbra
maculae.

§. 1. Hoc sane consilio per Nostram nuper editam Constitutionem, Carnis, & sanguinis laqueos abruptere satagentes, salutarem praescripsimus modum circa donationes, & distributionem reddituum Ecclesiasticorum in Confanguineos, vel Affines Romani Pontificis pro tempore existentis, inviolabiliter servandum.

Narratur
Constitu-
tio mode-
ratoria li-
beralitati
in Nepotes

§. 2. Eodem subinde animo, tametsi probe sciremus, falsò non minus, quam injustè ejusdem Curiae detractores conquiri de Causarum Camerae Nostrae Apostolicae Auditoratus; ac dictae Camerae Thesaurariatus Generalium, nec non Clericatum, & Praesidentatus respectivè Officiorum venalitate, ac si nimirum pretium, quo alias praefata Officia vendebantur, spei cujusdam ad altiores Ecclesiae gradus ascendendi merces esset, hique propterea pecuniae potius, quam virtutis intuitu tribui viderentur; cum tamen revera pretium huiusmodi non nisi pinguium proventuum, qui ex Officiis praedictis percipiebantur, compensatio foret, neque id unquam impedimento fuerit, quemadmodum experimentià compertum est, quin ii, qui eorum eximio ita exigentibus meritis, à memoratis Officiis ad sublimiores evehi sunt dignitates, unde quaque laudatissimi, ac veri Catholicae Ecclesiae cardines extiterint; Nihilominus ut omnis

Narratur
altera fu-
blatae so-
lutionis
pro Offi-
ciis Camer-
alibus.

ini-